

Q. D. B. V.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

DE

L I E N E,

QVAM,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO

GVILIELMO HENRICO,

DVCE SAXONIÆ, IVLIACI, CLIVIÆ, MONTIVM,
ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ, & reliqua,

JVSSV ET AVTORITATE

ILLVSTRIS ATQVE GRATIOSISSIMI COLLEGII MEDICI IN ALMA SALANA,

SVB PRÆSIDIO

RVDOLFFI GVILIELMI CRAVSII,

HEREDITARII in Mellingen/

PHILOSOPH. ET MEDIC. DOCT. PRAX. ET. CHIM. PROF.
PVBL. ACADEMIÆ SALANÆ SENIORIS, ET
N.C. COLLEGÆ,

Præceptoris, Patroni, ac Promotoris sui aeternum devenerandi,

PRO LICENTIA

DOCTORIS GRADVM ET PRIVILEGIA, MORE MAIORVM,
LEGITIME CAPESSENDI,

Publico Pbiliatrorum examini exponit

DANIEL CHRISTOPH. WIDER,

WEISENBVRGO-FRANCVS,

IN AUDITORIO MAIORI,

Horis ante & pomeridianis consuetis,

ad diem Decembr. Anno M DCC V.

IENÆ LITTERIS KREBSSIANIS.

10

DE O
PA TRIÆ
PA RE NTI
ET
PA TRONIS.



Legi materiam de LIENE,
tristissimam quidem visam, (nam
Veteres splenem melancholico Sa-
turno consecrarunt, juxta versum:
Splenem Saturno, tetrâ nam bile,
senescit;

Tristibus & Vitam sustinet ille modis.)

Sed non adeò sterilem; siquidem de eâ multi
celeberrimi Viri prolixissimè scripserunt, quamvis
non omnibus satisfecerint; Difficile enim est, ipsius
verum usum explicare; Liceat nobis in præsenti,
quia in posterum V. D. tractatulum de hâc mate-
riâ scribere propositum stat, mentem nostram, pace
Excellentissimi Dn. Præsidis, in hâc re, saltim brevis-
simè, exercitii gratiâ exponere.

§. 2. Notum est, Veteres Lienem pro viscere
habuisse *ad vitam simpliciter necessario?* Quod
ipsum tamen refutant experimenta eorum, qui non
semel, sed iteratâ vice Lienem exciderunt, salvâ a-
nimalis vitâ; Et quanquam aliqui negent, id fieri
posse, & pro re impossibili habeant, produnt tamen

(4)

eo ipso, quod manus suas operi nunquam admō-
verint. Reverā hoc olim præstitisse Aesculapium
Lipsiensem, etiam post mortem celeberrimum, D.
Michaēlis, multis non ignotum est: Et, ut quidam
volunt, idem etiam ante Lugduni Batavorum, &
in Anglia à Jovilio, & Scharburgio, optato cum
successu, in Canibus peractum fuit.

§. 3. Nec dissimulandum est, Venerandum
meum D. Parentem aliquoties in Canibus id feli-
citer tentasse, & per biennium aliuisse Canem, cui
Lien fuit exlectus, quin & ipse ego ante aliquot sē-
ptimanas feliciter hoc experimentum tentavi in ca-
ne, qui adhuc vivit, & sanus est. Idem quoque in
fele tentavimus, quæ tamen, propter certas circum-
stantias post decimum quartum demum diem mor-
tua est. Nihilominus tamen exinde patet, Vivere
posse animalia absque Liene; id quod dubium red-
dit ipsius usum. Ut autem, quæ probabilior sit Aū-
thorum opinio eo melius appareat, de Lienis no-
mine, substantiâ, connexione, & vasis solliciti pri-
mò erimus, cum, antequam hoc fiat, de usu certi
quid asserere non possumus.

§ 4. LIEN nomen suum dicitur habere vel
à λεῖος, quod levis, mollisque sic, vel, secundum B.
Mœbius, à λαγός levus, sinister, quia in sinistro hy-
pochondrio situs est; Beccmannus Manuduct. ad
lingu.

55 (5)

lingu. Lat. dicit hoc viscus vulgo etiam Vocari *lin-*
guosum, cum, juxta Hippocratem lingua bubule, se-
cundum Aristotelem, Suilla figuram repræsenteret; alii
à lambendo deducunt, quasi malignos humores a-
vidè ingurgitet, sed minus rectè. Dicitur quoque
Splen, secundum aliquos à splendore, quem tamen
nullum, nisi lividum habet. Græcis vocatur
πλενία, juxta Hoffmannum, απὸ τοῦ λιαρ, vel juxta
Baubinum, δῶν τὸ εἰς ἐαυτὸν ἐπιστάθη τὸ Φανδιδέντα τὸν
ὑγρῶν, quod in se ipsum attrahat malignos humo-
res; sed minus commodè. A *splenis figura pla-*
gulae & pulvini chirurgorum splenia, πλενία no-
men acceperunt.

§. 5. Hoc saltem hic notamus, quod multi
multas derivationes excogitaverint, trita illâ opini-
onione ineptiati, quod Lien fœculentam & terrestrem
melancholiā, adeoque impuritates sanguinis at-
trahat, & coquat, unde etiam *alterum hepar*, quod
commune coctionis sit organum, nonnulli appellant,
& Reisnerus per *peniculum*, vel *spongiam exten-*
gentem reddit, quasi abstergat, & ad se rapiat crudi-
dum, fœculentumque sanguinem. Nos, missis
hisce nominalibus virilitigiis, potius quæ sit *substan-*
tia Lienis investigabimus, ut eō melius postmodum
usum eruere queamus.

§. 6. *Substantiam* quod attinet, communiter

A 3

sta-

statuunt, quod sit caro sui generis, parenchymatica,
mollis, rara, ac spongiosa, quò scilicet melius san-
guinem crassum imbibere, & coquere queat. Sed
Bartholinus dubiam facit hanc opinionem in dia-
tribe de *Pulmonibus*, nec immerito, nam nullam
planè cum carne habet convenientiam, siquidem
non cohæret distinctis & longis fibris, nec quoque
ut caro rubet.

§. 7. Rectius forsitan dici posset, Lienis *sub-*
stantiam potius esse *glandulosam*, quicquid etiam
Thomas VVartonus in contrarium statuat. Con-
firmat hoc ipsum, ipsa natura glandularum conglo-
meratarum, quæ acinorum instar ex multis glandu-
lis conglobatis constant; ita tamen, ut glandulæ il-
læ distinctæ, distinctis membranis ab invicem di-
vidantur. Hæc omnia enim in Liene, si accurate
inspiciatur, observantur. Habet nempe multæ e-
jusmodi glandulus minores, quæ distinctis mem-
branis inter se invicem, acinorum instar distingun-
tur. Adsum præterea multæ disseminationes ner-
vorum, ut in aliis glandulis conglomeratis, & ha-
bent eundem usum, quem aliæ glandulæ conglö-
meratae; de quo tamen suo loco mox erit dicen-
dum, & confirmavit nos, quod glandula quædam
conglobata, tertio mense, post exemptum Lienem, in
cane iterum fuit nata, prout multi cum Charissimo

&

& Amantissimo Domino Parente viderunt, in Collegio Anatomico, Wittebergæ, ab Excell. D. Losso, Professore quondam ibidem celeberrimo, ante aliquot annos habito.

§. 8. De membranâ circumvestiente Lienem, & distingente acinos glandulosos consentiunt omnes, quod à peritonæo oriatur ; tenuis est, & nonnunquam tenuissima ; si tamen cum illâ hepatis conferatur, crassior apparebit, quò vim arteriosi sanguinis firmius perferre possit.

§. 9. Quandoque etiam, præsertim in *Senibus*, incrassatur, & in cartilaginem evadit, ut refertur *Spigelius*, *Andernacus*, & *Baubinus*.

§. 10. De hâc membranâ statuit *Malpighius*, nobiscum quidem, quod per totum lienem sit disseminata, verùm dissentit, dum substantiam ejus totam esse membranaceam, probare quidem conatur experimentis, partim inflatione in Liene turgido factâ, partim etiam in sicco, exemptione partis carnosæ ; Ast concedere quidem possumus, quod possit inflari, concedimus quoque membranas, sed inde non sequitur, totam substantiam esse membranaceam ; nam illa inflatio fit violento motu, quemadmodum eâdem ratione etiam mammillas inflare possumus. Cellulas illas, quas laudat, & sinus, quos deprædicat, statuimus fieri propter rotundita-

§ (8) §
ditatem glandularum, quemadmodum in pancre-
ate hoc ipsum manifestè videtur.

§. 10. Nec ipse dissiteri potest *Malpighius*,
glandulas quāplurimas, acinorum instar, hinc
inde esse disseminatas, ut potius membranæ propter
glandulas sint factæ. Vidi mus igitur, & certi-
sum substantiam *Lienis esse glandulosam*. Nunc
porrò quoquè ejus situs, connexio, & Vasa sunt per-
lustranda,

§. 11. Quod in *hypochondriaca regione*, & quis-
dem latere sinistro, sub diaphragmate, inter verte-
bras & Ventriculum situs sit Lien, etiam *Tyronibus*
notum est, qui situs propterea observandus, ut bene
distinguere queamus, si aliquo morbo afficitur, ab
aliis partibus. Existimant autem nonnulli, propte-
rea in sinistro hypochondrio Lienem esse situm, ut
tanquam hepar sinistrum superiori cederet, & esset
organum concoctioni dicatum; cum ventriculo
enim arctè connectitur, ut meritò statuendum sit,
vel hujus de causâ unicè esse Lienem fabricatum,

§. 12. Cum aliis quidem quoque partibus
connectitur, partim mediatè, partim immediate;
Potissimum tamen mediantibus venis cum Ventri-
culo cohæret, & cum rene sinistro mediantibus
membranis exiguis; & existimo singularem cum
Ventriculo & rene sinistro habere communionem,
quo-

quoniam observavit Excell. D. Losfius, tertio, post
exemptum Lienem, mense, glandulam quandam
permagnam Ventriculo & reni sinistro arcte fuisse
adnatam.

§. 13. De Praternaturali connexione, cum
propriè nihil faciat ad cognitionem, & investigati-
onem usus, silebimus, quanquam multæ existent
observationes, quod Lien hepati, septo transverso,
& aliis præternaturaliter tuerit adnexus.

§. 14. Hoc saltim adhuc quærendum est, an
quoque cum *pancreate cohæreat naturaliter?* quan-
doquidem nonnulli existimant, quod *succus pan-
creaticus à Lienè veniat*; ii cum primis, qui secré-
tionem melancholiæ adhuc statuunt, atque, ne gra-
tis hæc dixisse videantur, dicunt, quod illud fiat
per ramum spleneticum. Sed ego existimo, quod
non fiat naturaliter hæc connexio, nec quoque me-
lancholia per ramum spleneticum excernatur, siqui-
dem venæ non advehunt partibus sanguinem.

§. 15. *Vasa* quoque Lien, ut omnia reliqua
organæ & partes obtinet, quæ sanè docent *eum in-
utile Viscus non esse.* Arterias enim accipit à Ra-
mo aortæ descendente, supra Cœliacam posito, &
proprio nomine ramus spleneticus, seu Lienaris di-
citur, quia solus ad Lienem progreditur. Sunt
multi æquè ex veteribus, & Recentioribus, qui Cœ-
liaci

liaci sobolem esse credunt, sed cum à particulari ad universale non statim valeat consequentia, videndum, à cuius trunko frequentius propullulet, & tunc ab aorta ramum hunc Lienarem provenire ~~avensia~~ docebit. Dividitur hic ramus in varios surculos; antequam autem dividitur, spargit gastricam sinistram ex superiori parte, quæ medio posterioris ventriculi orificium ambit, & coronariam arteriam constituit, ex inferiori parte epiploicas sinistras producit, quæ ad intestinum Colon plurimos ramos mittunt. Divisione factâ, dividitur in duas ramos, superior in caput Lienis desinit, inferior eundem amplectitur. Ex superiori, vel potius ipsius capite, deducitur vas breve, per quod nonnulli dicunt, quod inspiretur ventriculo fermentum.

§. 16. Divisiones hæ valorum in ingressu sunt majores, dein sensim sensimque attenuantur, ut aranearum telis similes fiant, & disperguntur per totum parenchyma multis divagationibus.

§. 17. Venæ à sinistro Venæ portæ ramo, qui minor, & splenicus dicitur, propagantur; Ex numero autem venarum Lienis, famosiores, & conspicuores sunt, *Vas breve*, & *ramus hemorrhoidalis*: De hoc vase brevi multum queritur, unde oriatur, quâ parte lienis, an in capite, an caudâ ejus proveniat; an in fundum, an orificium ventriculi fini-

33 (ii) 33

sinistrum implantetur; an obliteretur inter membra, an verò easdem penetreret, multum hāc de re Anatomicorum filii disceptarunt, de quibus poterit legi D. Job. Theodorus Schenckius, quondam Professor Medicinæ in hāc academia Salanā celeberrimus, in *Schol. part.*

§. 18. Ortæ fuerint istæ disceptationes, propterea, quod fermentum ventriculi, per vas breve ipsi inspirari, nonnulli cum *Helmontio* statuerunt; sed, quoniam existimo idem esse officium hujus vasis, quod aliarum venarum est, parum de his quæstionibus sum sollicitus; alia sanè via quærenda est, per quam ex liene ad ventriculum deve-
niat fermentum.

§. 19. Nervi à sexti, vulgo vagi paris ramo deducuntur. Exilem nervum statuit *Galenus*, nonnulli statuunt Lienis substantiam ipsam ex toto, non ingredi nervos, sed in membranam obliterari; verum, non in membranam, sed & ipsam substantiam spargi, constanter aspergit *Riolanus*, & confirmat hoc *Glissonius*, qui dicit, in liene nervosatum fibrarum ingens adesse satellitium.

§. 20. De vasis lymphaticis *VVaribonus* & *Charleton* audacter affirman, quod nondum inventæ, vel observatæ fuerint in Liene, quibus etiam Recentiorum nonnulli subscriptiunt. Solus *Francisc.*

B 2

Sylv.

(12)

Sylv. pro observatis habet; sed, an ipse observaverit, an ab alio fuerint observata, ex scriptis ejus non patet.

§ 21. Sancte affirmare possum, vidisse me non solum haud obscure vasa lymphatica in splene bovis, recens mactati; quin, & in cane, ubi magna copia erat lymphæ, nuper observavimus, sed citò perierunt, quamvis ductum thoracicum arctissime ligaverimus. In splene bovis jam dicti observavimus, quod lympha mota fuerit versus insertionem arteriæ & venæ, sed, quod tandem ex liene abierint, an in ventriculum inserta fuerint, nondum penitus cognitum habemus. Existimamus tamen in ventriculum terminari, quoniam facta ligaturā in ductu thoracico (chylifero) non intumescunt, ut cætera vasa lymphatica.

§. 22. Naturaliter semper *Lien unicus* est; Alii tamen geminum, triplicem, alterum alteri super impositum, propriisque vasis præditum, magnitudine autem sibi invicem non respondentem *Fallop.* & *Baubin.* conspexerunt. Nonnunquam planè deest, quemadmodum *Thomas Barthol.* refert. Sic etiam pecora in agro Cretensi, prope Cortinam, nullum Lienem habuisse, illis vero, quæ prope Cnison pascerentur, salvum & in columem remansisse, auctor est præter *Vitruvium*, & *Plinium*, *Alexand.* ab *Alexandro.*

§. 23.

§. 23.

¶ (13) ¶
Magnitudo lienis variat, pro subiecto-
rum diversitate : Homine tamen provida natura,
respectu ceterorum animalium satis magnum, ac
crasum Lienem , non tamen æque magnum in
omnibus concessit. In quibusdam satis magnus
repertus fuit, & rationes reddunt Authores , quod
Melancholici fuerint. Triplo solito invenit Hor-
stius ; Immensa magnitudinis Fabric. Hildanus.
Sed fallum hoc esse, quod à Melancholiâ magnitu-
do oriatur, docuit invictissimus Ferdinandus Ter-
tius , sacratissimæ memorie, qui Melancholiâ hy-
pochondriacâ mortuus, parvum tamen, & admo-
dum exiguum habuit Lienem , teste VVolffgango
Hæfero.

§. 24. Qualitates Lienis quod concernit,
temperamentum dicitur habere moderate calidum,
non nihil & ad siccitatem vergens, ob sanguinis spi-
rituosi copiam, quæ lententia Hippocratis fuit, Libr.
de Carnibus. Frigidum tamen statuit Macrobius,
alii conciliant, ut Mundinus , qui lienem, respectu
cutis dicit esse constitutionis calidæ & humidæ, in se
autem spectatum, esse temperamenti frigi & siccii ;
sed litem hanc Authoribus relinquimus. Nos,
quoniam statuimus omnium partium temperiem à
solo sanguine dependere, peculiaria temperamenta
non addimus.

§. 25. Idem quoque de colore Lienis est statuendum, nam, qualem humorem continet, tales colorem repræsentat, & sic non idem est in omnibus; in Embryone instar purpuræ rubet, ut & in sanis adultioribus: In adultis autem plerumque livescit; *Conringius* colorem lividum præter naturalem dicit.

§. 26. Figura varia est, nec semper longa, in quam tamen communiter observantur; aliquando enim quadrata, aliquando rotunda observatur, ut ferè tot sint Lienis differentiae, quot homines reperiuntur.

§. 27. Superficies non tam exasciata, atque levigata est, ut Hepatis; impressiones enim quasdam à costis haberet, & prominentia tubercula adsumunt, qualia in cute Elephantiasi correptorum cernuntur, ut propterea *Lindanus* dixerit, superficiem utriusque differre à superficie hepatis, quantum differt cutis sana, à cute Elephantiasi laboranteis.

§. 28. De Uso Lienis non dubitamus, siquidem DEVS & natura nihil frustra faciunt. Evidem fuerunt nonnulli, qui inutile Microcosmi pondus illum pronunciarunt, ut propterea *Erasistratus* otiosum vicus Lienem dixerit, & *Democritus* frustra Lienem conditum esse audacter affirmaverit.

verit. *Ruffus Ephesius* horum vestigia legens, sple-
nem ἀπαρεῖνον προclaims, cum quibus ple-
riue veterum consentiunt.

§. 29. Potissimum argumentum quod pro-
ferunt, est, Lienem citra periculum vitæ excindi
posse, quemadmodum *Plinius* scripsit: Peculiare
cursus impedimentum aliquando in eo esse, quam-
obrem inuratur cursoribus; & Liene per vulnus
etiam exempto, vivere animalia, tradunt. Cu-
jus opinionis fuere etiam *Aretæus*, *Haly Abbas*,
Rousettus, & alii. Me ipsum & venerandum Pa-
rentem excisionem hanc non semel peregisse, ani-
mali superstite, jam ante diximus.

§. 30. Sed exinde non sequitur, quoniam
excindi potest, quod sit pars planè inutilis; alias
eadem ratione possem argumentari: testes & ute-
rus possunt excindi, E. sunt inutiles, quod lanè fal-
sissimum est, & experiuntur id, tam Mulierculæ,
quam Evnuchi, quod magna virtus in utero, & te-
stibus sita sit.

§. 31. Hoc equidem posset inde elici, non
esse simpliciter ad vitam necessarium, fortasse au-
tem potius ad illos usus minus aptum, quos veteres
Lieni ascriperunt.

§. 32.

§. 32. Veteres enim ad unum omnes in ea fuerunt opinione, Lienem esse illud sanguificationis organum, quod melancholiam generet, adeoque alterum hepar nominarunt, cum observatum sit, in defectu hepatis, Lienem ejus usum praestisse. Verum enim vero, postquam inventa fuit circulatio sanguinis, & chyli ductus accurate fuit detectus, quod vasa lactea non ad hepar tendant, sed potius ad glandulas lumbares, & postmodum per ductum Thoracicum in venam axillarem finitam infundatur chylus, non possumus non astruere, nullum vilcus separatim esse organum sanguificationis, tum, quod ad illas partes non devenerit sub forma chyli, sed potius immediate in sanguinem infundatur, tum quoque, quod sanguificatione potius actio sit similaris, quam organica: Et hinc concludimus, neque lienem esse ejusmodi sanguificationis organum; ut hanc ratione erronea sit veterum illa opinio. Ut taceam, quod quidam modernorum negent humorem illum melancholicum esse alimentitium, quod positum, corruit sane veterum opinio de usu ejus.

§. 33. Alii, qui agnoscunt circulationem sanguinis, & quod hepar non sanguificet, aliter rem explicant. Nam, dicunt, quod sanguis quidem in

in corde fiat, sed opus habeat depuratione, unde hepar dicunt liberare sanguinem à bile excrementiâ, Lienem autem à crassa, terrestri, & fœculentâ materiâ, quam vulgo dicunt melancholiâ excrementitiam. Probant hanc suam opinionem, quod Melancholici plerumque obstructionibus, vel scyrrho lienis laborent, si nempe illa materia fœculenta ex M. S. non excernatur, unde si illa impuritas sanguinis augeatur, varia Melancholicorum symptomata oriuntur.

§. 33. Probant ulterius ab ipsâ naturâ coctionem, quæ non sit in momento, & propterea instituitur, ut particulæ inutiles & excrementiæ secernantur, jam autem notum est, quod biliosæ in hepate, serosæ in renibus, particulæ terrestres in Lie-ne secernantur &c. Verum enim verò hæc ipsa opinio veterum, & quorundam recentiorum, non videtur sat firmis nisi rationibus: Quoniam non patet, quâ ratione illa depuratio fieri queat, cum exigua quantitas sanguinis ad lienem deferatur, & quidem per arterias exiguae. Idem sane sanguis ad lienem defertur, qui ad omnes reliquas partes, jam autem, si verum esset, quod depuratio fiat in liene, sequeretur, omnes reliquas partes impuro nutritri sanguine, nec enim mihi imaginari possum,

C parti-

particulas tantum terrestres, & melancholicas ad lienem propelli, siquidem pulsus est actio naturalis involuntaria, nec cor dicere poterit sanguini, vade tu huc, tu ad lienem, tu illuc.

§ 34. Et quamvis etiam aliqualis depuratio fortassis esset concedenda; nullæ tamen sunt viæ, nullus ductus, per quem excerni queat ipsa materia excrementitia terrestris. Necesse est enim ut ex corpore eliminerur, quod noxium est, & inutile, quemadmodum etiam semper hoc observavit natura, dum per ureteres excernit serum, per nares mucum, per poros sudorem. Vias quidem monstrare volunt, alii oculatas; alii poros ventriculi assument; alii dicunt, quod per vas breve excernatur illa materia excrementitia, alii dicunt, quod per ramum splenetum hoc fiat, & quidem plausibiliter, dum dicunt illum ramum communicare cum pancreate, & ibi deponere excrementum; Existimant enim succum pancreaticum esse nihil aliud quam veterum melancholiam. Adhuc probabilis esset, si diceretur per ramum haemorrhoidalem in intestinum rectum deponi melancholiam, quoniam morbi spleneticci solvuntur apertione venarum haemorrhoidalium.

§. 35. Verum enim vero viæ haec non admittuntur

(19)

tuntur, quoniam inventâ circulatione sanguinis nō-
vimus, quod vena non vehant de parte ad partem
aliquid, sed potius illum sanguinem, qui ab arteri-
is ad partes fuit pro nutritione delatus, & ut superflu-
us reducendus est. Jam autem dum ramus sple-
neticus non à liene aliquid vehit ad pancreas, sed
potius versus portæ venam, inconveniens videtur,
statuere, fieri per eundem excretionem : Nam
vehit quoque sanguinem in se, cui admixta est
melancholia, & sic iterum aliâ separatione opus
haberet. Per arterias autem non defertur ad pan-
creas, quoniam ex liene nihil vehere possunt,
omne enim, quod in arteriis est, ex corde eò de-
pellitur. Idem judicium esto de vase brevi, sive
id vena, sive arteria statuatur.

§. 36. Ipsa substantia lienis etiam repugnat;
quo minus statuere queamus fieri ibidem depura-
tionem, ut quidam Veteres statuerint. Aut enim
in substantia sit, aut in vasis, aut ejus cavitate, jam
autem nulla cavitas in liene conspicitur, quemad-
modum fortasse in renibus pelvis, nam cavitas il-
la, quam *Malpigh.* indigitat, talis non est, quæ
ad secretionem facere posset. In vasis fieri non
potest, nullam enim præ aliis habent prærogati-
vam, nulla quoque peculiaris vis inest. Substan-
tia

(10)

tia Lienis, quæ à nobis glandulosa statuitur, cum excretionem facere possit, quodammodo illis velificari videtur ; sed illi hoc non statuunt, nec admittunt, quin potius substantiam carnosam dicunt, quæ hanc secretionem præstare non potest.

§. 37. Rationes quod concernit, sanè sufficietes non sunt, nec probant, quod debent : Et, licet etiam concedamus, fieri hanc excretionem per concoctionem ; quod tamen in liene hæc fiat, nondum probatum est.

§. 38. Alii videntes has difficultates, statuant quidem, depurationem fieri in liene, sed longè aliter rem explicant ; existimant enim propter nullam aliam rationem Lienem esse conditum, quam ut excrementitias particulas in se recipiat, non quidem quod concoctio quædam in Liene fiat publica, sed quod Lien ejusmodi particulis excrementitiis nutritur : Præsupponunt enim, quod non omnes partes eodem nutrimento nutrientur, sed aliæ laudabilem sanguinem, aliæ alias particulas ex M. S. sibi pro sui nutritione sugant ; ut enim, plantæ ex terrâ aliæ, alium sugunt humorem, sic partes quoque corporis modò has, modò illas sibi eligant ex M. S. convenientes particulas.

§. 39. Hinc præsupposito hoc, ulterius statuitur,

unt, lienem in sui nutrimentum exsugere particulas excrementitias, ut hâc ratione per accidens fiat sanguinis depuratio : Quæ opinio plausibilis quidem videtur, & variis quoque rationibus & experimentis probatur. Nam dicunt, Melancholici plerumque habent magnum lienem, & econtra puriori languine gaudentes parvos admodum ; hoc si verum esset plerumque, etiam si non semper, res optimè declarari posset. Nam quoniam magna copia & ubertas adest particularum melancholicarum, multum quoque nutrimenti habere potest *Lien*, & ita in magnam mollem ex crescere ; econtra verò, si purus sit sanguis, & in parvâ copiâ particulas melancholicas in se contineat, *Lien propter defectum nutrimenti utique crescere & augeri non potest*, unde parvus admodum appetet.

S. 40. Hoc quoque declarari commodè potest per illud, quod superius dixi : nimirum pecora in agro Cretensi, prope Cortinam, nullum Lienem, illa autem, quæ prope Cnilon pascuntur, eum utique habere. Cum vero hoc mirum fortasse cuidam videri posset, qui fiat hoc ? Communi ter configunt ad illam responsionem, quod prope Cortinam in magnâ copiâ Alplenum crescat, quod hodie vocatur Scolopendrium, quamquam

§. (22.)

an verum sit, disputat celeberrimus *B. Rofinckius*.
Hoc asplenum enim dicitur absumere Lienem;
Illi autem, qui asserunt Lienem nutriti melancholiā,
ita rem explicant, quod asplenium maximam
vīm habeat purificandi sanguinem, unde, cum
quotidie pecora eō pascantur, nullum remaneat in
sanguine melancholicum nutrimentum.

§. 41. Hinc dicunt propter defectum nutri-
menti melancholici Lienem ab initio statim non
adeò magnum fieri, & postmodum propter defe-
ctum nutrimenti penitus exarescere, ut præter mem-
branas nihil conspiciatur. Quemadmodum etiam
lienem parvum fieri dicunt, si frequentius afflu-
mantur aquæ ferratae; ita enim *Benivenius* dicit:
Ab his, si non planè absumuntur Lienes, valdopere
tamen imminuuntur, cui nec *Moderni* refragantur.
Ferrum enim habet egregiam vīm acidum corri-
gendi, ut hāc ratione pura fiat M. S. nec multum
nutrimenti habeat Lien.

§. 42. Sed, utut hāc opinio plausibilis ad-
modum, nec adeò absurdā videatur, quia addunt,
exciso liene, cum humor melancholicus in
sanguine coacervetur, vivere quidem posse ani-
malia, sed neutiquam sana esse. Indeque *Riolanus*
dicat: qui liene privantur, postea deterius & infeli-
cius

cius vivunt, quia sanguine crasso & impuro alitur corpus; tantum abest ut sint graciliores, & ad omnes corporis actiones agiliores.

§. 43. Non tamen planè vera videtur, quia substantia est glandulosa, quæ ejusmodi sanguine crasso non potest nutriti; siquidem glandulæ sero potius nutruntur. Deinde quoque in scholis Veterum absurdum habetur, partem quandam nutriti excremento. Columbus, dum statuit nullam partem nutriti excremento præter lienem, omnibus risui se exposuit.

HIC FINIS ESTO,
DEO AVTEM OPTIMO MAXIMO
SIT
LAUS HONOR ET GLORIA
IN
ÆTERNVM.



100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

00 4 6318



SB

VJ
18

Retro ✓ VJ 17

D. B. V.
 NAVGVRALIS MEDICA
 DE
 E, N E,


QVAM,
 MAGNIFICENTISSIMO,
 PRINCIPE AC DOMINO,
 OMINO
 IO HENRICO,
 IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
 WESTPHALIAE, & reliqua,
 ET AVTORITATE
 SIMI COLLEGII MEDICI IN ALMA SALANA.
 PRÆSIDIO

VILIELMI CRAVSII,
 TARI in Mellingen/
 C. DOCT. PRAX. ET. CHIM. PROF.
 SALANÆ SENIORIS, ET
 COLLEGÆ,
Promotoris sui aeternum devenerandi,

LICENTIA
 PRIVILEGIA, MORE MAIORVM,
 IME CAPESSENDI,

atrorum examini exponit
 RISTOPH. WIDER,
 BVRGO-FRANCVS,
 DITORIO MAIORI,
 & pomeridianis consuetis,
 Decembr. Anno M DCCV.

TTERIS KREBSIANIS.



Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	B.I.G.	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	--------	-------